

**2017 TSJCL CONVENTION  
SIGHT RECITATION  
LEVELS ½ and I**

servus rēgis antiqūī omnī nocte quīnque fābulās dominō narrābat. ūnā nocte rēx magnā cūrā mōtus est; etiam post octō fābulās nōn requiēvit. itaque rūrsus petīvit octō fābulās, id quod servum nōn dēlectāvit. “quod cupīvistī, domine, iam factum est.”

respondit rēx, “fābulae quās mihi narrāvistī erant multae sed brēvēs. longam cupiō fābulam quae multa verba habet.”

servus tum incēpit: “ōlim erat agricola quī magnam pecūniam habēbat. in oppidō pecūniam virō dedit et accēpit centum ovēs. dum ea animālia redūcit, appropinquat ad flūmen sine pontibus in quō est eō diē magna aquae cōpia; itaque modum nōn videt quō ovēs per aquam aget. tandem vīdit scapham, in quā ab agricolā duo animālia posita et portāta sunt.”